



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv  
Doctoribvs Reseratvs**

**Escobar y Mendoza, Antonio de  
Lvgdvni, 1659**

III. De Conscientia probabili.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41066**

*catum perpetrat?* Illius planè, quam Conscientia apprehendit; quia affectus ad huiuscmodi speciei peccatum allicitur. Ex quo in terram credens me delictum sacrilegij committere ob loci sacri reuerentiam, peccati sacrilegij sum reus, si re ipsa expuo priusquam me ab isto expediam errore.

7. *Si aliquis eò perplexitatis deueniat ut virumque oppositorum existimet esse peccatum, eoque errore nec per se nec per aliud applicare se possit: quidnam præstabit?* Eligere debet quod minus malum apparet. Quod si quod minus malum apparet secutus adhuc erre in ipsa minoris apparentis mali electione, non delinquam; quia nemo necessitate peccat.

## C A P V T I I I.

*De Conscientia Probabili.*

8. *Quam Probabilis Conscientia?* Quæ iudicium continet alicuius rei ex opinione probabili. Probabilis autem opinio ea dicitur, quæ rationibus innititur alicuius momenti. Vnde aliquando unus tantum Doctor grauis admodum opinionem probabilem potest efficere; quia vir doctrinæ specialiter additus haud adhæredit sententiæ cuilibet nisi præstantis, seu sufficientis rationi, vi affectus.

9. *Num licet opinionem probabilem sequi, relicta probabili?* Licet, imò & tuto, modò non immineat aliquod periculum, ad quod vitandum prudentia, aut iustitia, aut charitas dicter oppositam sententiam esse eligendam.

10. *Possim probabili aliorum sententia aptare mea, probabili ac tuto relicta?* Ita planè, nec si operans contra conscientiam agam, modo existimem alienam opinionem, quam sequor, esse probabilem.

## C A P V T I V.

*De Conscientia Dubia.*

11. *Quam Conscientia Dubia?* Quæ circa vtramque contradictionis partem suspensa est, & neutri assentitur.

12. *Delinquit ne, qui contra conscientiam practice Dubiam operatur?*